

- 1 Depoe eos proprietate Mathias Creigius.  
 2 Capita Religiosæ Xenæ Græcæ Joach: Camerang.  
 3 Laus Xpi resurgentis Christopho Pelargg.  
 4 Harmon. Habraim. Barth. Admanny.  
 5 Carmen Hab: Eodem.  
 6 Almg III Carmine. Pancratig Crigery.  
 7 Prophetæ Jonas Carmine. Daniel Særo.  
 8 Ecloga de Xpo triumphante. Barth: Bylovis.  
 9 <sup>trina. Finis spiritus p[ro]phetarum in Cruce.</sup>  
 Canones Monachy trans. Hildesheim in Cruce.  
 10 Davidis Tropæum Joh: de Cotteritz.  
 11 Davidis triumphy. Jan: Henricy Scrotory de Güstrow.  
 12 de Mundi termino Joh: Polidory.  
 13 Ecloga in diem Martiny. Abraham: Decelis.  
 14 De Partu Novitatis Dethlevy Meyery.  
 15 Bernardy de gentu Mundi Carmine.  
 16 Joan: Fraxinge Melos. Spangenbergy Wefeliny.  
 17 Concordia rediiva. Alberty Oleariy.  
 18 Carminum Joach: Bitsey Liber 1.  
 19 Gregory Arabicy poemata.  
 20 Gnosticon Joh: Stauby e.  
 21 Oratio Medua Carmine Laur: Homang.  
 22 Alberti bovi Panthelias.  
 23 De Incommodis Senectutis. Erasm: Rotterdam.

Q 3. 105 (1-66)

v

64

P Y Σ I O N .

PRO ADMIRABILI &  
PERICVLO SVMMO  
LIBERATIONE

Reuerendi & CL. V. Domini M.

VALENTINI PISTO  
RII ARCHIDIACONI  
Ecclesiae Francofurtensium.

Ab amicis scriptum,

CHRONODISTICHON

ἱεραισθητικῆς & φανεροσθητικῆς  
PISTORIANAE.

QVarta VaLentIno IVLI LVX, CrVX  
fVlt & LVX:

Te CVstoDe DeVs qVI VaLet Ipse  
VaLet.

M. Cal: Trygoph:

FRANCOVRTI

Typis Sciuirianis, Anno 1596.





Vis fileat? Vigiles quis adhuc negee  
esse paratos,  
Cura quibus nostri corporis ala  
ta sedet?  
SoL decies & bis complexus bra  
chia Caneri

Quinctilis quartum iusserat ire diem,  
Iam sacra pascebat PISTORIVS agmina CHRISTI  
Pane nec humano, pane nec angelico,  
Dixerat è Paulo; quæ passio digna triumpho!  
O patiare solo, quò potiare polo,  
Compatitur nobis patientibus omne Creatum,  
Ingemit, & sua vult colla soluta iugo.  
Dixerat, haud gnarus fato quàm proximus esset,  
Verbaq; Christisequâ de Cruce finierat,  
Vix Cathedram placido descensu liquerat altam,  
In gradibus Cruce est, in gradibus Furia est.  
Inuolat en humero saxum, mox ense petuntur  
Viscera: nil saxum, nil tamen ensis agit.  
Fit fremitus, trepidantq; animi: quis in æde, quis hostis?  
Strictus vbi, quem uult macro? quis? & quid agit?  
A Furijs actum tractum presumq; videbant,  
Cui mens ad cædem feruida, prompta manus.  
Saluus adhuc, ò saluus adhuc PISTORIVS, aiunt,  
Angelicâ tutum profiteamur ope.

Ludius

Ludius hic risum moueat. Te Coelica uere  
De feruente manu liberat ipsa manus.  
Qui sacras operas, qui debita munera praestat,  
Credite, praesidio non caret ille suo.  
Quid via? quam varia est! Via sed tamen omnibus  
omnis  
Tuta, modo via sit nostra, videbit opem.  
Quid furis o Satana: ferrum saxumq; minaris?  
Vis calet, haud valet hic; praevalet vna D E I.

Christoph. Pelargus D.

ALIV D.

QVIS furor iste, sacris, templo, vim ferre ministris  
In cathedra, & verbi munere saluifici?  
Scilicet haec Satanae fraus est, sua regna resolui  
Qui verbo cernens, sic fremit atq; furit.  
Incastum, quoniam quae Saxa & tela coruscant,  
Dextra potens Christi fregit & imminuit.  
Si qua tamen victus fors colligat, illicet illa  
Excipit excubijs turba dicata sacris.  
Hinc BECCERE tibi haud nocuerunt saxa, nec  
ensis,  
In te distrinxit quem furibunda manus.  
Perge Valens oris gladio pugnare, videbis  
Os gladij ad sacram prorsus hebere aciem.  
Affini Carissimo

Balthasar Caminaeus D. F.!

Aliud

**A** Thereos sacris doctoribus esse ministros,  
 Crede. Novâ nuper res stabilita fide est.  
 Nempe poli aeternas docto Pistorius ore  
 Panderat, afflictis de Cruce fatus, opes.  
 Iamq; pedem tacitus cathedrâ referebat ab altâ:  
 Vesanus stricto cùm ruit ense latro,  
 Et ferit. At torpet mucro, nec transit apertum  
 Pectus, hebetq; manu sava retracta manus.  
 Dumq; oritur fremitusq; viris clamorq; puellis,  
 Non sinitur Furia hæc se dare tetra fugæ.  
 O mirum euentum, Vates signate diemq;  
 Annumq;, & lætis pangite gesta modis.  
 Vnâ adhibete preces. Quis scit, quid talia portene  
 Portenta, & pavidis omina plena malis?  
 Sed bene. Sunt turma, sunt agmina fortia cælo,  
 Quæ manibus gestent, quâ via cuiq;, pios.  
 His turmis, his agminibus comitatus ovabit,  
 Quisquis obit fortis munia recta sua.  
 Gratia CHRISTE tibi. Tu nos placare Parenti,  
 Agmina tu solus jungere tuta potes.  
 Esto bonus mitisq; tuis, intentaq; tela  
 Vndiq; tot jugulis pelle, retexe dolos.  
 Sic quàm nunc hilari cantat Pistorius ore,  
 Tam referet laudes gens tua cuncta tuas.

**M.** Pancratius Crugerius  
 Græcæ linguæ Pro-  
 fessor.



**A**T non tartareus furor  
 Visq; exosa Deum cum famulis Dei,  
 Quamvis imperitet, potest  
 Vitam Christicolis surpare vatibus.  
 Qui vitet Satanae dolos  
 Non cautum est homini; navita turbines.  
 Prægnantis timer Hadria;  
 Aether agricolam territat imbribus;  
 Sorbet flamma vorax domos;  
 Fossorem subitis motibus obruit  
 Tellus; sermo, silentium;  
 Sudores, requies; arma, toga nocent;  
 Necte sancta, DEI domus  
 PISTORI rabido munijt à malo.  
 Quam te penè dedit neci  
 Improvisa trucidis machina Dæmonis,  
 Lethalis capiti lapis  
 Instat sacrilega cominus à manu;  
 Et jam stridor acinacis  
 Hæsiuri gelidis advolat ilijs.  
 Casum protinus ad tuum  
 Accurrunt trepidi, famina, vir, puer;  
 Cantus cessat; ad aethera  
 It clamor; gemitu templa sonant gravi;  
 O ne sic pereat sacer  
 Præco, justitiam ne perimat scelus,  
 Tu jam certus eras mori,  
 Expectans lapides, telasq; nam via  
 Ingressis Domini necem  
 Ad caelos aditum sternere noveras.

Non

Non hoc agmina caelica  
Concessere nefas : transvolat irritum  
Saxum ; nec gladius potest  
Immanis veritum fundere sanguinem.  
Sic vatis comes Angelus  
Occlusit rigidis ora leonibus ;  
Sic vatis comes Angelus  
Occlusit vigili lumina militi.  
PISTORI teneram feri  
Agnam : thura para : postulat hostiam  
Lux hæc : plaudite siderum  
Regi, præsidium queis patet hinc DEI.  
Vindex protege nos DEVS :  
Hostem nemo fugat, nemo fugit satis.

*M. Caleb Trygophorus professor Logices.*

*L. I. V. D.*

**T**empora sunt verè hæc, liber queis hostis ab orco  
Infestat murtas. Christe rateinque tuam.  
Prægrauat heu vitis cymbam, seuisque procellis  
Abripit in Syrtis, innotuamque premit.  
Cui non Tartarei monstri notus furor & cui  
Flamma vorans sanctos non manifesta fuit ?  
Hinc virus latè spargit per regna per urbes  
Hæreseon, Christi clam necat atque gregem,  
Concitat hinc dirum flammis armisque Graduum,  
Orbis habet bellum nil nisi terribile.  
Nec satis hoc verbi (scelus heu) sed & ense ministros  
Attentat sacro contemnerare loco.  
Longius haud abeas, nuper PISTORIVS ipso  
Suggestu tantum non cecidit gladio.  
Sede etenim superà mundi gemituque docentum &  
Exemplo lenit dum mala longa crucis,

Occi-





Occiforem armat saxis mucrone, furore,  
 De precibus reducem perderet ut jugulo.  
 Nec triftis longè fuit hinc mors. Nam scelus illud  
 Suggesti ante fores arma cruenta parans  
 Expectat, saxoq; petit, quod Numinis almi  
 A capite avertit, prouida cura, viri.  
 Mox ense insequitur ftricto, cadit ille fupinus  
 Et cafu lethi carcere liber abit.  
 Interea accelerant populus furiamq;prehendunt  
 Mirantes aufam talia in æde Dei.  
 Dat triplicem peftem, tibi pro folamine trino,  
 Ecce VALENS, mundus, præmia terna DEUS.  
 Præfentis verè eft, mortis discrimine in ipfo  
 Numinis hoc fignum, quo duce tutus abis.

M. Leonartus Hermannus Transfylvanus.

ALIVD.

**S** Cilicet hac mundi merces, hac præmia finto?  
 Quæ verbi myfta pro pietate ferunt.  
 Namq; è fublimi dum vatam oracula pandunt:  
 Et vita revocant ad meliora vagos:  
 Gratia prorfus abeft, nulla eft reverentia verbi:  
 Mundus pro curis saxa referre cupit.  
 Attamen in myftes verbi clementia tanta eft  
 PATRIS: vt infidias vimq; dolosq; premar.  
 Exemplo es præclare VALENS, cui nuper in æde  
 Sacrata voluit latro parare necem.  
 Sed tibi dux Michael pro partibus adfitit, atq;  
 Avertit capiti saxa nefanda tuo.  
 Nofta igitur votis veftris coniungimus, ore  
 Cantantes fummi munera magna Dei.  
 Ille valet, quicumq; valet munimine IOVÆ  
 Cinctus; & hoc femper tu vale, doctè VALENS.

Samuel Banfovius Roftoch.  
 Megap.




Oculorum armis laevis mucrone, furor,  
De precipibus redueam perdetur ne iugulo,  
Nec tristes foret hinc mors. Nam laelus illud  
Suggesti ante fores arma creata parans  
Expectat, quod perit, quod Numina almi  
A capite avertit, provida cura, vit, amos, alii  
Mox ante insedantur fructo, cadit ille lupinus  
Et castra lecti carcere liber abdit,  
Intera accelerant populus furiamque prehendunt  
Mirantes autam talis in sede Dei,  
Dae triplicem pestem, tibi pro solamine trino  
Ecce VALENS, mundus, proxima terra Deus,  
Præsentis verè est, mentis dilectissime in ipso  
Numinis hoc signum, duo ducet tuus spiritus.

M. I. Iohannis Hermannus Traubmann  
ALVID.  
Cilium per manus miras, huc perennis fuit?  
Quæ verbi missis pro pietate ferunt.  
Namque iustitiam dum vatum oracula pandunt:  
Et vix recitant ad meliora, vago:  
Creatis profum abbas, nulla est reverentia verbi:  
Minutus pro curia sacra, referre cogit.  
Atamen in iustis verbi, clamentia tanta est  
FARS: ut iustitiam, dolose prement.  
Hic verus laus  
Exemplo et prædare VALENS, cui nuper in eds  
Sæcra iustitiam, sacra parare nocent.  
Concilio hinc dicitur, ad  
Sed tibi huc Michael pro partibus assistit, ut  
Avertit cogit, sacra nescunda tra.  
Nostri signum, veris, referre contingunt, ore  
Cantantes famini muneris, mægor, Dei,  
Ite vates, quicquid, vales, munimine IOVE  
Cingit: Et hoc semper in vales, hodie VALENS,  
Samuel Barlcovius Roskops,  
Megap.





VD16  
PICA



64

ΠΥΣΙΟΝ.  
 PRO ADMIRABILI &  
 PERICVLO SVMMO  
 LIBERATIONE  
*Reuerendi & CL. V. Domini M.*  
 VALENTINI PISTO,  
 RII ARCHIDIACONI  
 Ecclesiae Francofurtensium.  
 Ab amicis scriptum.  
 CHRONODISTICHON  
 ἡμερολογίου & χρονολογίου

